Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35526
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

regimini fuerint dumtaxat assignent Nolumus enim
huiusmodi congregationem a laico visitari Huius autem visita
cionis officium semel exerceatur in anno, nisi instante
aliquo suadente fuerit pluries facienda Incorrigi
biles vero et inobedientes monitio congrua pre
mittatur eum si se corrigere non curaverit de ipsius
congregacionis consorcio expellantur de consilio omnium discretorum

De vitandis litigiis inter se & cum aliis Capitulum 17m

Vitent huiusmodi fratres & sorores iuxta posse litigia
inter se: illa si suscitari contigerit diminuendo Alio
quin de iure coram illo respondeant apud quem est potestas
residendi iudicandi Capitulum 18m

Qualiter et per quos in abstinenciis possit dispensari

Ordinarii autem locorum vel visitator cum fratribus
et sororibus universis in abstinenciis ieiuniis &
austeritatibus aliis ex causa legittima cum expedire
viderint poterunt dispensare Capitulum 19m

Ministri eorum manifestas culpas denuncient visitatori

Ministri vero manifestas fratrum & sororum culpas
visitatori denuncient puniendas Et si quis eorum incor
rigibilis fuerit post trine admonicionis instantiam,
a Ministro discretorum aliquorum fratrum consilio visi
tatori denuncietur, et demum de fraternitatis consorcio abiciendus,